Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et seniores plebis dicens. Peccavi tradens sanguinem
iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu vide-
ris. Et proiectis argenteis in templo recessit: et abi-
ens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum
acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere
in corbonam quia pretium sanguinis est. Consilio
autem inito ceperunt ex illis agrum figuli in sepul-
turam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille a-
celdemach hoc est ager sanguinis usque in hodiernum
diem. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam
dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium
appreciati quem appreciaverunt a filiis Israel et dederunt eos
in agrum figuli sicut constituit mihi dominus. Ihesus
autem stetit ante presidem et interrogavit eum princeps di-
cens. Tu es rex iudeorum. Dixit illi ihesus. Tu dicis.
Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et seniori-
bus nichil respondit. Dixit illi pylatus. Non audis
quanta adversum te dicunt testimonia? Et non resp-
ondit ad ullum verbum ita ut mirarentur preses vehement-
er. Per diem autem sollempnem consuerat preses dimittere
populo unum vinculum quem voluissent. Ha-
bebat autem tunc vinctum insignem qui dicebat
barrabas. Congregatis ergo illis dixit pylatus.
Quem vultis dimittam vobis barrabam aut ie-
sum qui dicitur xpus? Sciebat enim quod per invi-
diam tradidissent illum. Sedente autem illo pro tri-
bunali misit ad eum uxor eius dicens. Nichil tibi
et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per vi-
sum propter eum. Principes autem sacerdotum et seni-
ores persuaserunt populis ut petent barrabam